Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mundi elementis presideant. terre uidelicet. aque. ignis. et aeris
et necesse est ut prius quam quis credat in xpo. illis arbitris guber
netur: Elementa mundi celum et terram. et aquam. et quecumque hec s.
Clericq appellata putant. id uidelicet. solem. lunam. maria. siluarum
et montium deos. et sapientes greciae et barbare nationes. romanique
omnium superstitionum sententia uenerant. aquibus cum xps uenerit
liberamur: intellegentes ea creaturas esse non numina. Alii elementa
mundi legem interpretantur moysi et eloquia prophetarum. id est hec quasi
inicia et exordia litterarum amore. quasi sapientiae principium esse suscipia
mus. Denique ad eos qui iam deberent esse perfecti. et uetustate neglecta.
adhuc disciplinarum principus inherebant. scribit in epistola ad he
breos apls. Etenim cum debeatis esse magistri propter tempus. rursum
necesse habetis ut doceamini. quae sint elementa principia sermonum
dei. Et contrario nobis obici potest. quod ad colosenses paulus apls
scribens. elementa mundi alia nuncupantur uidetur dicens. ne
quis uos deprideatur: per philosophiam et manem fallaciam secundum tradi
tionem hominum. secundum elementa mundi. et non secundum xpm. Sed ex eo
quod addidit secundum traditionem hominum. et manem deceptionem osten
dit non tantum elementa ad colosenses. et ad galathas nominari. Ad
his igitur elementis postquam uenerit temporis plenitudo redime
mur: et ad maiora gradientes adoptionem recipimus filiorum. ab illis
uero nichil tale dicit quod sequatur: sed simpliciter elementa pluraliter
accipuntur: Loquitur igitur ut diximus moysi lex per phas per elementis
accipi litterarum. quod per ea syllabae iungantur et nomina. et non tam
alterius rei utilitatem discantur. qua ut possimus oratione legere
contexta. in qua sensus magis et ordo uerborum quam litterarum
principia considerantur. Quod autem legem et prophetas elementa mundi
interpretati sumus mundus phis quia in mundo sint accipi solet. eodem
paulo dicente. Deus erat in xpo. mundum reconcilians sibi. Et in
euangelio. Et mundus per eum factus est. et mundus eum non recepit.
Quidam et iam in illa liberius euangelium ut ita lex umbram habet
futurorum bonorum. requiratur uerum in alio mundo. de quo saluator